



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118448

§. 7. Fœderis auspicia inter Papam, Venetos, Florentinos, & Gallos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

deberi contendebat. Quamprimum ergo Sæcul. XV.
A.C. 1498.
Rex salutatus erat, Legatos decrevit ad
Papam, Venetos, & Florentinos, quibus ad-
eptum Franciæ solum significabat; ter-
tio autem post mense literas gratula-
tionis, ac præteritorum excusationes re-
cepit, ejusmodi tamen obsequium Regi
nullatenus præstabant Fridericus Neapo-
lis Rex, nec Ludovicus Sfortia Mediola-
nensium Dux, eo quod hi Galliarum Re-
gem in hostium suorum numero habe-
rent.

§. VII.

*Fœderis auspicia inter Papam, Ve-
netos, Florentinos, &
Gallos.*

Ab illo temporis articulo varia sancie-
bantur fœdera, ac præprimis Ale-
xander VI. Ursinos in gratiam recepit,
summe tamen infensus permansit Fride-
rico Neapolis Regi, eo quod is filiam suam
Cæsari Borgiæ, notho Papæ filio, in
matrimonium tradere renuisset. Veneti
quoque in Ludovici Sfortiæ interitum
conjurabant, quod is ampllandi imperii
conatibus eorum obsisteret, ac Pisarum ur-
bem in suam potestatem redigere tenta-
ret, quam tamen illi dominio suo ad-
jungere nitebantur: Florentini etiam
urbes suas recuperare omnibus votis au-
Hist. Ecclesiast. Tom. XXXI. P hel-

Guic. l. 3.

Sæcul. XV.
A. C. 1498.

helabant, eoque ex fine bellum inferabant. Omnes hi tres privatis suis com-
modis stimulati, cum Ludovico XII. Gal-
liarum Rege armorum societatem inire
certabant.

§. VIII.

*Divortium Ludovici Regis cum Joann-
na Conjuge sua.*

*San-Gelas.
Hist. Lud.
XII.*

Amplissimam Pontificis rebus occa-
sionem inopinatus aperuit ca-
sus: Ludovicus enim Joannam Lu-
dovici XI. Filiam, cum junior esset, in-
vitus duxerat, atque adversus hæc nu-
ptias, quas progressu temporis dissolven-
das sperabat, palam reclamaverat; cum
vero Ludovicus XI. Duci carceris pœ-
nam omnino minaretur, nisi ejus Fi-
liam velut Sponsam coleret, hinc Regis
iram, atque indignationem veritus, spe-
cietenus se illius maritum exhibebat.
Eædem hæ rationes prævalebant toto,
quo Carolus VIII. imperabat, tempore;
hic enim certe sororem suam repudiari
non sustinisset. Verum eo defuncto,
mox Ludovicus Aureliæ Dux adeptus
regni folio totus in eo erat, ut pristini
status libertati assereretur, ejusque con-
nubium penitus nullum declararetur;
Joanna enim ejus conjux facie difformis,
ac corpore distorta erat, necnon propter
virium